

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Ara nuptialis...**

**Albrecht, Bernhard**

**Augustae Vindelicorum, 1633**

D. Aurel: Augustinus hipponensis episcopus, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-131559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131559)

D. Aurel: Augustinus Hipponensis Episcopus,

Libr. de bono Conjug. contra Iovinianum, Cap. 3.

Tomo 6. p. 948. Lit. G.

**B**onum ergo Coniugij quod etiam Dominus in Evangelio confirmavit, non solum quia prohibuit dimittere uxorem, nisi ex causa fornicationis, sed etiam quia venit ad nuptias, cur sit bonum merito queritur. Quod mihi non videtur propter solam filiorum procreationem, sed propter etiam naturalem in diverso sexu societatem: Alioquin non iam diceretur coniugium in senibus, praesertim si vel amisissent filios vel minimè genuissent: Nunc vero in bono licet annoso coniugio, & si emarcuit ardor atatis inter masculum & feminam, viget tamen ordo charitatis inter maritum & uxorem; quia quanto meliores sunt, tanto maturius à commixtione carnis suae, pari consensu se continere caeperunt, non ut necessitatis esset postea non posse quod vellent, sed ut laudis esset primum noluisse quod possent. Si ergo seruetur fides honoris & obsequiorum invicem debitorum ab alterutro sexu, etiam si languescantibus & propè cadaverinis virisq; membris, animorum tamen ritè coniugatorum tanto sincerior, quanto probatior, & tanto securior, quanto placidior castitas perseverat.